Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

X. De Pontificibus Judaeorum, sub quibus Christus Evangelium praedicavit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θʹ.

Περὶ τῶν κατὰ Πιλάτον χρόνων.

Τῇ δ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν μετὰ τὸν Ἡρῴδην τοῦ Ἀρχελάου καταστάσει συνᾴδει καὶ ὁ προειρημένος ἱστορικός, τόν τε τρόπον ἀναγράφων καθ' ὃν ἐκ διαθηκῶν Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς, ἐπικρίσεώς τε Καίσαρος Αὐγούστου, τὴν κατὰ Ἰουδαίων βασιλείαν διεδέξατο. καὶ ὡς τῆς ἀρχῆς μετὰ δεκαέτη χρόνον ἀποπεσόντος, οἱ ἀδελφοὶ Φίλιππός τε καὶ ὁ νέος Ἡρῴδης ἅμα Λυσανίᾳ, τὰς ἑαυτῶν διεῖπον τετραρχίας. ὁ δ' αὐτὸς ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας, κατὰ τὸ δωδέκατον ἔτος τῆς Τιβερίου βασιλείας. τοῦτον γὰρ τὴν καθ' ὅλων ἀρχὴν διαδέξασθαι, ἑπτὰ ἐπὶ πεντήκοντα ἔτεσι τὴν ἡγεμονίαν ἐπικρατήσαντος Αὐγούστου, Πόντιον Πιλᾶτον ἐπιτραπῆναι τὴν Ἰουδαίαν δηλοῖ, ἐνταῦθά τε ἐφ' ὅλοις ἔτεσι δέκα, σχεδὸν εἰς αὐτὴν παραμεῖναι τὴν Τιβερίου τελευτήν. οὐκοῦν σαφῶς ἀπελήλεγκται τὸ πλάσμα τῶν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπομνήματα χθὲς καὶ πρώην διαδεδωκότων, ἐν οἷς πρῶτος αὐτὸς ὁ τῆς παρασημειώσεως χρόνος τῶν πεπλακότων ἀπελέγχει τὸ ψεῦδος. Ἐπὶ τῆς τετάρτης γοῦν ὑπατείας Τιβερίου, ἣ γέγονεν ἔτους ἑβδόμου τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὰ περὶ τὸ Σωτήριον αὐτοῖς πάθος τολμηθέντα περιέχει, καθ' ὃν δείκνυται χρόνον, μηδ' ἐπιστάς πω τῇ Ἰουδαίᾳ Πιλᾶτος, εἴγε τῷ Ἰωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι δέον, σαφῶς οὕτω σημαίνοντι κατὰ τὴν δηλωθεῖσαν αὐτοῦ γραφὴν, ὅτι δὴ δωδεκάτῳ ἐνιαυτῷ τῆς Τιβερίου βασιλείας, ἐπίτροπος τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ Τιβερίου καθίσταται Πιλᾶτος.

Caput IX.

De Pilati temporibus.

DE Archelaï poſt Herodis obitum dominatione conſentit etiam ſupradictus hiſtoriæ Scriptor: narrans qua ratione, tùm ex Herodis patris teſtamento, tùm judicio Cæſaris Auguſti Judææ Regnum ſuſceperit: utque cùm ipſe poſt annos decem Regno excidiſſet, fratres ejus Philippus & Herodes junior ac Lyſanias tetrarchias ſuas rexerint. Idem in octavo decimo Antiquitatum libro, anno B duodecimo Principatus Tiberii (hic enim orbis imperium acceperat, cùm Auguſtus ſeptem & quinquaginta annis imperaſſet) Pontium Pilatum procurationem Judææ accepiſſe auctor eſt, ibique decem annis uſque ad Tiberii fere exitum permanſiſſe. Ex quibus manifeſtè convincitur commentum eorum qui Acta adverſus Servatorem noſtrum nuperrimè ediderunt. In quibus primum ipſa temporis ratio Actis prænotata, auctores mendacii coarguit. Quippe Conſulatu Tiberii Auguſti quarto, qui in- C cidit in ſeptimum ejus imperii annum, ea quæ iſti in ſalutari Domini noſtri paſſione auſi ſunt confingere geſta dicuntur. Quo quidem tempore nondum in Judæam adveniſſe Pilatum ſatis conſtat, ſi teſtimonio Joſephi fides adhibenda eſt. Qui in libro jam ſuprà laudato diſertè indicat, anno Principatus Tiberii duodecimo Pilatum Judææ procuratorem à Tiberio factum fuiſſe.

Lib. 18. cap. 3.

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιʹ.

Περὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχιερέων, καθ' οὓς ὁ Χριστὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο.

Ἐπὶ τούτων δὴ οὖν κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν ἔτος πεντεκαιδέκατον Τιβερίου Καίσαρος ἄγοντος, τέταρτον δὲ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου, τῆς τε λοιπῆς Ἰουδαίας τετραρχούντων Ἡρῴδου καὶ Λυσανίου καὶ Φιλίππου, ὁ σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἐπὶ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα παραγίνεται, καταρχήν τε ποιεῖ τηνικαῦτα τοῦ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον κηρύγματος. Φησὶ δὲ αὐτὸν ἡ θεία γραφὴ τὸν πάντα τῆς διδασκα-

Caput X.

De Pontificibus Iudæorum ſub quibus Chriſtus Evangelium prædicavit.

HORUM temporibus cùm Tiberius quidem quintum decimum imperii annum ageret, ut ſcribit Evangeliſta, Pilatus verò procurationis Judææ quartum: Herode, Lyſania ac Philippo tetrarchis reliquam Judæam obtinentibus, Servator ac Dominus noſter JESUS CHRISTUS anno ætatis circiter triceſimo ad Joannis lavacrum acceſſit: tuncque primum Evangelium prædicare inſtituit. Refert porrò divina Scriptura totum prædicationis ſuæ tempus ſub

Cum hoc cap. confer Nicephor. cap. 18. & 29. lib. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anna & Caïpha Pontificibus illum exegiſſe: id ſcilicet ſignificans, temporis ſpatio quo illi Sacerdotium adminiſtrarunt, univerſam Chriſti prædicationem terminatam fuiſſe, cùm ergo ab Annæ pontificatu exorſus ad Caïphę pontificatum docere perſtiterit, vix hoc temporis intervallo quadriennium integrum continetur. Quippe cùm jam inde ab illis quibus dixi temporibus aboliti propè eſſent ritus legeſque ſacrorum, ſimul Sacerdotium perpetuum & hereditarium eſſe deſierat: nec quæ ad cultum Dei pertinent ritè agebantur. Sed à præſidibus Romanis alii ſubinde atque alii Sacerdotes conſtituti, non plus quam anni ſpatio munus illud gerebant. Certè Joſephus ab Anna ad Caïpham quatuor continuò ordine Sacerdotes fuiſſe in dicto Antiquitatum libro narrat his verbis: Valerius Gratus cùm Annæ Sacerdotium ademiſſet, Iſmaelem Baphi filium in ejus locum promovit. Quo non multò poſt remoto, Eleazarum ſupradicti Annæ filium Sacerdotem deſignavit. Interjecto deinceps anni ſpatio cùm huic honorem abrogaſſet, Simoni Camithi filio Sacerdotium tradidit. Qui eo munere non ultrà annum perfunctus, mox Joſephum, cui etiam Caïphæ nomen fuit, ſucceſſorem accepit. Proinde univerſum prædicationis dominicæ tempus non totos quatuor annos complecti manifeſtum eſt, quorum ſpatio totidem Sacerdotes ab Anna uſque ad promotionem Caïphæ annuum ſinguli Sacerdotium adminiſtrarunt. Itaque illo anno quo ſalutaris Chriſti paſſio contigit, divinum Evangelii volumen rectè Caïpham Pontificem adnotavit. Ex cujus etiam Evangelii auctoritate temporis ſpatium quo Chriſtus prædicavit, cum obſervatione noſtra convenire oſtenditur. Ceterùm Servator ac Dominus noſter Jeſus Chriſtus haud multò poſt Evangelicæ prædicationis initium duodecim ſibi viros adjunxit, quos præ reliquis Diſcipulis ſuis ſolos Apoſtolorum nomine quaſi præcipuo quodam honoris titulo inſignivit. Elegit præterea ſeptuaginta viros, quos in ea loca & oppida, in quæ ipſe venturus erat, binos præmittere ſolebat.

A λίας διατελέσαι χρόνον ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα. δηλοῦσα ὅτι δὴ ἐν τοῖς μεταξὺ τῆς τούτων ἔτεσι λειτουργίας, ὁ πᾶς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ συνεπεράνθη χρόνος· ἀρξαμένου μὲν κατὰ τὴν τοῦ Ἄννα ἀρχιερωσύνην, μέχρι δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ Καϊάφα παραμείναντος, οὐδ' ὅλος ὁ μεταξὺ τετραέτης παρίσταται χρόνος. τῶν γάρ τοι κατὰ τὸν νόμον ἤδη πως καθῃρημένων ἐξ ἐκείνου θεσμῶν, λελυμένου τε τοῦ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχῆς τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν· ὑπὸ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν B ἡγεμόνων ἄλλοτ' ἄλλοι τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπιτετραμμένοι, οὐ πλεῖον ἔτους ἑνὸς ἐπὶ ταύτης διετέλουν. ἱστορεῖ δ' οὖν ὁ Ἰώσηπος τέσσαρας κατὰ διαδοχὴν ἐπὶ Καϊάφαν ἀρχιερεῖς μετὰ τὸν Ἄνναν διαγενέσθαι, κατὰ τὴν αὐτὴν τῆς Ἀρχαιολογίας γραφὴν, ὧδέ πως λέγων. Οὐαλλέριος γράτος παύσας ἱερᾶσθαι Ἄνανον, Ἰσμάηλον ἀρχιερέα ἀποφαίνει τὸν τοῦ Βαφί. καὶ τοῦτον δὲ μετ' οὐ πολὺ μεταστήσας, Ἐλεάζαρον τὸν Ἀνάνου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸν ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα. ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενο- C μένου καὶ τόνδε παύσας, Σίμωνι τῷ Καμίθου τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσιν. οὐ πλέον δὲ καὶ τῷ δὲ ἐνιαυτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντι διεγένετο χρόνος, καὶ Ἰώσηπος ὁ καὶ Καϊάφας διάδοχος ἦν αὐτῷ. οὐκ οὖν ὁ σύμπας οὐδ' ὅλος τετραέτης ἀποδείκνυται τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας χρόνος, τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρσιν ἔτεσιν ἀρχιερέων ἀπὸ τοῦ Ἄννα καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ Καϊάφα κατάστασιν ἐνιαύσιον λειτουργίαν ἐκτετελεκότων. τὸν γέ τοι Καϊάφαν ἀρχιερέα εἰκότως τοῦ ἐνιαυτοῦ καθ' ὃν τὰ τοῦ Σωτηρίου πάθους ἐπετελεῖτο, ἡ τοῦ εὐαγγελίου παρεσημήνατο D γραφή. ἐξ ἧς καὶ αὐτῆς οὐκ ἀπᾴδων τῆς προκειμένης ἐπιτηρήσεως, ὁ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἀποδείκνυται χρόνος. ἀλλὰ γὰρ ὁ σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὐ μετὰ πλεῖστον τῆς καταρχῆς τοῦ κηρύγματος, τοὺς δώδεκα Ἀποστόλους ἀνακαλεῖται, οὓς καὶ μόνους τῶν λοιπῶν αὐτοῦ μαθητῶν κατά τι γέρας ἐξαίρετον Ἀποστόλους ὠνόμασεν. καὶ αὖθις ἀναδείκνυσιν ἑτέρους ἑβδομήκοντα, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀπέστειλεν ἀνὰ δύο δύο, πρὸ προσώπου αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον καὶ πόλιν οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.